









1670.

1. Brunnemannus, Johannes: De negotiis gestis
2. Rhetius, Joh. Fredericus: De sententia in causis
civilibus.
3. Rhetius, Joh. Fredericus: De jure retractus gentilitii
vel consanguinitatis
4. Rhetius, Johannes Fredericus: De statibus Polandici
in urbibus et vicis quorundam Germaniae jurium
aliquorum indies.
5. Rhetius, Joh. Fredericus: Ad lib. I titulum II de
feudis in propriis
6. Rhetius, Joh. Fredericus: De jure fidejussorum.
- 7a et 7b. Strypcius, Samuel: De clausula codicillari
2 Sumpt. 1670 et 1746.
8. Strypcius, Samuel: De stylo curiae

1670

9. Strykcius, Samuel: De expectantiis

10^{a, b} de potioribus fratrum iuribus.

11. Strykcius, Samuel: De fortalitiis.

12^{a, b} Strykcius, Samuel: De iurisdictione circumscripta

Ger. Jura. Gerichte. 2 Bempt.

13^{a, b} Strykcius, Samuel: De decretis intermissis.

3 Bempt. 1670: 1737.

14. Strykcius, Samuel: De iure sponsi et sponsae



2255.
JEHOVA ASSISTENTE 1670, 6
DISPUTATIONEM JURIDICAM

DE
**JURE FIDEJUS-
SORUM,**

CONSENSU AMPLISSIMÆ FA-
CULTATIS JURIDICÆ

IN
ILLUSTRI ACADEMIA VIADRINA
PRÆSIDE

DN. JOH. FRIDERICO RHETIO,
J. U. D. ET PANDECT. PROFESS.
ORDINARIO,


Domino Patrono ac Fautore suo æta-
tem colendo,

In Auditorio Jctorum
Ad d. 8. Septembr.

Publicæ Eruditorum disquisitioni subjicit

BENEDICTUS Reichardt Tieffenbach,
Berolinensis Marchicus.

Francofurti ad Oderam,
Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI,
M. DC. LXX.



REVERENDISSIMO

AC

PERILLUSTRI.

GENEROSISSIMIS.

AC

PERQVAM STRENUIS.

NEC NON

NOBILISSIMIS.

AMPLISSIMIS

Ac

CONSULTISSIMIS

DN. DN. DN.

DN. MATTHIÆ von Hunichen /
Venerandi Capituli quod Brandenburgi
est SENIORI Spectabili, Hæreditario in Mötelis / Zer-
chel / Zeyten &c.

DN. ACHATIO Libero BARONI von
der Schulenburg / Domino Dominatus
Lubbrosen & Lambsfeld / Serenissimi Electoris Brandenb:
Consiliario intimo, Veteris Marchiæ Capitaneo ac eju-
dem Serenitatis Culinarum Magistro Hæreditario, Dy-
nastæ in Bessendorff / Alpenburg & Walsleben.

DN. JOHAN: GEORGIO von Köbel /
Serenissimi Electoris Brandenburg: Com-
missario Districtus Oberbarnicensis, Hæreditario in
Friedland.

DN. PETRO Müllern / Jcto ac Con-
suli Neo-Civitatis Brandenburgicæ &c.

DN. JOHANNI Tieffenbach / Jcto,
Camerae Elect. Brandenburg. Advocato,
Consuli Reipubl. Berolinensis, Hæreditario in Blanckens-
burg. Parenti suo ætatem venerando.

DN. NICOLAO Mubten / Consuli
Neo-Civitatis Salzwedel / ut & Camerae
Elect. Brandenb. Advocato.

STATUUM PROVINCIALIUM
ELECT. BRANDENBURGICORUM
AD NOVUM CEREVISIARIUM
TRIBUTUM

DEPUTATIS ORDINARIIS.

DOMINO SUO PERCLEMENTI

Gratiosis,
Honoratissimis,
&
Suspiciendis

Exercitium hoc Academicum

In debita

Submissionis

Observantia

Gratitudinis

signum

ac

Sui suorumq; Studiorum Commenda-
tionem.

offert, dedicat

BENEDICTUS Neicharde Steffenbach.



Um Medicina, Jurispru-
dencia, præ cæteris hoc diffi-
cultatis habet, ut non minus
ex Theoria quam praxi Es-
sentialibus veluti partibus
constet; Quarum quæq; suis
nixa fundamentis, si in minimo fallat Me-
dicina, vel Prudentia Juris nomen mereri
non sinit. Philosopho, ac Theologo Artis
sua scientiam & exercitium una methodo
didicisse datum; Imo in speculationibus, ac
sana de objecto suo sententia sæpius acqui-
escit; In illis vix partem debitam absolvit,
& ex eo saltem constans manca est. Pru-
dentia Juris quippe Theoria & Praxi di-
versa ab altera in eo ratio est: Ut illa Le-
gum notitia ex certis Principiis commoda
illatione inde deductis; Hæc verò non solum
notitia & scientia, sed solido judicio secun-
dum stylum cujusq; Curia jus ad factum ap-
plicandi

A

M

S.

m

en.

sch.



plicandi absolvatur ; Et sic tam arcto fœ-
dere amba iuncta, ut nihil debeat esse in pra-
xi quod non conveniat Theoria nec Theoria
sectari quod non capiat praxis. Hæc enim
propter usus vita, illa propter hanc exco-
lenda. Essentiæ rerum Aristotele teste,
se ut numeri habent, ex quibus si unitas
deficiat, numerus imperfectus est. Qualem
Jurisprudentiam estimabis, parte aliqua es-
sentiali destitutam? Leges novisse ingenii
forte labor est, nec exiguum memoria opus;
Sed nec particulam Prudentiæ juris attin-
git, quæ scientia, hoc est, per principia ac
causas novisse & Arte constat. Non qua-
vis scientiæ particula quæ doctiorem, statim
Jurisconsultum efficit; Nam totum aliquod est sci-
entia, & hoc modo individuum. Physico,
Mathematico, imo Medico aliqua ignoras-
se turpe adeo non est, res enim quibus ani-
mus occupatus infinitæ sunt, quas ingenium
humanum non capit; Jus verò finitum &
in publico omnibus patet, ut Paradoxon au-
diat Jurisconsultus Legum nescius. Ast
vis hæc, uti Rerum ferè omnium, ab incuna-
bulis

bulis est, prout prima sedederunt Elementa, ita cursus solet esse reliquus. Cum itaque annos aliquot Juris studio impenderim, ac praesertim Domini mei Parentis jussu, quid in eo genere praestiterim, themate aliquo in modum Disputationis publicae probatum dare debeam, tale quod in publicum aliquando versaturo mihi prodesse, & simul doctrinae testimonio esse possit, elegi. In ipsa vero tractatione quam sine adminiculo mihi sumsi, non tam ad Methodi artificium quam Materiam perspicue proponendam, respexi, non ingenii ostentandi ergo, sed solius veritatis indaganda amore, cujusque Disputationis ingenuo sine hac exhiberi demonstraturus.

Sit itaque hac fiducia cum DEO:

THESIS I.

Vocabulum hoc Fidejussionis, non simplex, sed compositum est, derivatum enim à Fide Etymologia. & Jubeo, hinc Fidejubere, id est alium jubere suam fide, rem, vel pecuniam credere, hinc Fidejussio & Fidejussor; quo vocabulo Fidejussoris larga significatione omnis is dicitur, qui alterius obligationem suscipit, & fide suam esse jubet: Hinc Fidejussor per *Stipulationem* constituitur Jure Civili Romano *L. si bereditatem 32. ff. Mandati, L. 3. §. ult. D. de Administ. rer.*

Fidejusso- ad civ. pert. l. 12. C. b. t. Fidejussorum itaq; hoc sensu
rum 4 ge- quatuor genera enarrari possunt, aut enim Sponsores,
nera. vel Mandatores, vel Constitutores, vel deniq; Fide-

jussores speciales appellantur, qui etiam Appromissores dicuntur l. 5. §. 2. de V. O. l. 43. de Solut. l. 64. §. 4. Solut. Matr. A quibus multum differt Expromissor qui idem cum alio non promittit, nec Obligationi alienæ accedit, sed expromissione prior Obligatio extinguitur, & aliena per novationem suscipitur l. 7. §. 8.

1. Sponfor. de dolo. l. 37. l. 4. de Condict. caus. dat. non secut. Sponfor appellatur is, qui non rogatus, sed voluntarie, & sua sponte (aus guten freyen willien) pro alio promittit, vel intercedit, & accessione quoq; obligatur, & habet Mandati Actionem contra principalem debitorem, si aliquid ejus nomine solvit; Differt à Fidejussore, quia

2. Manda- is alterius rogatu intercedere solet. Mandator est, tor. cujus mandato contrahitur, vel qui mandat alicui credi, aut cum aliquo contrahi, atq; ita fide suâ esse jubet, & differt à Fidejussore, quia sine solennitate verborum, solo consensu obligatur; Item Fidejussor præteritæ & futuræ Obligationis accipi potest, Mandator verò regulariter semper præcedit Obligationem. l. si vero §. post Creditam ff. Mandati. Et notandum hoc, quod Mandator suo nomine obligetur, per l. 28. ff. Mandati. Papinianus ait, Mandatorem debitoris, solventem, ipso jure Reum non liberare. Propter mandatum enim suum solvit & suo nomine. Ideoq; Mandatori actiones putat adversus Reum cedi debere. Fidejussor vero alieno. l. 1. §. 8. ff. de Obl. & Act.

3. Consti- tutor. vocatur, qui pro alio se soluturum constituit quod ille ante debet, & is semper sequitur principalem Obligationem contractam, & id vel nudo tantum pacto, vel per Epistolam fieri potest. l. quidam ff. de constit. pecun.

Fide-

Fidejussor autem specialis is proprie dicitur, qui ro-4. Fidejussor specialis seu Apromissor
gatus, solenni stipulatione interveniente fidem suam
ad majorem Creditoris securitatem, ita pro alio inter-
ponit, ut principalis debitor nihilominus maneat ob-
ligatus. *Gloss. in auth. de Fidejuss. & Mandat. Collat. super verbum Fidejussorum, & Paulus de Castro in Rubr. ff. eodem.*

THESIS 2.

Sequitur jam definitio Fidejussoris, quam cum Dn. Struvio ita definimus. *Fidejussor est, qui mediante stipulatione pro debitore fidem erga creditorem interponit, atq; ita alterius Principali Obligationi accedit, in securitatem crediti, vel ut definitur ab Jcto Wissenbach, Fidejussor est, quæ stipulanti Creditori promittit, citra novationem, sua fore fide & periculo, quod alii credit. Fidejussionis verò definitionem cum Dn. D. Pommereschio hanc constituimus. Fidejussio est contractus juris gentium, nominatus, bonæ fidei, verbis constitutus, alienæ obligationi accedens, quo quis alienum debitum mediante stipulatione securum facit Principali nihilominus manente obligato. Vel Fidejussio est stipulatio qua quis pro alieno debito fidem suam apud Creditorem interponit, ut diligentius huic cautum sit. Struv. in Syntagm. J. Civ. exerc. 47. n. 36.*

THESIS 3.

De Causa efficiente Fidejussionis ut agatur, Causa efficiens Fidejussionis.
Voluntatem Fidejubentis personæ idoneæ esse dicimus. Personam idoneam desidero, nam quamvis omnes fidejubere possint, tam Patres, quam Filii familias etiam si adhuc Minores (si modo Curatores habeant) tum persona eorum est libera licet dispositio rerum sit penes Curatorem, l. Puberes 101. ff. de V. O. l. 3. Sed si filius de peculio. Quia tamen fidejussionis

nis contractus damno duntaxat spondenti esse soleat, quædam personæ excipiuntur, quarum utilitati Leges consulunt, ut sunt MULIERES, *tot. tit. supra ad SCtum Vellejan.* MILITES *l. Milites 31. C. de Locat. & Conduct.* Efficientem causam Finis excipit, utpote externarum alteram causarum; Sicuti enim nunquam prudens quid facere frustra intelligitur, sic multo minus sacratissimæ Leges quid frustranei præ se ferunt aut ostendunt: *Finem itaq; Fidejussionis babeas: Ut Creditori caveatur, vel ut diligentius Creditoribus cautum sit. princ. instit. tit. eod.*

Finis.

THESIS 4.

*Materia
in qua*

Perspectis causis externis non abs re erit internas perlustrare, quarum altera materiæ Philosophorum vocabulo, formæ altera nomine communiter indigitare consuevit, nos materiam commune illud in obligatione constituimus, nam per Fidejussionem alterius Obligatio suscipitur, & fide confirmatur unde & Fidejussor dictus *l. grac. 8. ff. de Fidejuss. l. si mulier 2. supra ad SCt. Vellejanum.*

THESIS 5.

Forma.

Formam quod concernit, eam in stipulatione consistere censemus, per *l. Blanditus C. eodem.* Et fidejussores tenentur tunc demum, si quid daturos vel vel facturos se promittant *l. sicut 66. b. t. & quidem illi ipsi creditori, cui Debitor debet. l. si mihi 24. b. t.* Id ipsum certè quod Principalis continet Obligatio: Quod tam Re ac causa quam tempore & loco interpretor, leviolem tamen causam excipio §. *Fidejussores Institut. eodem.* Cæterum notandum & illud puto, verum esse equidem Fidejussionem ad stipulationis contractum pertinere, ac per id requiri Jure Civili præsentiam utriusq; contrahentis in Fidejussionis con-

contractu : Ast usu & totius Germaniæ praxi ac stylo non minus valent stipulationes per Epistolam contractæ, quam si formali ratione Juris seu ut loquuntur Jcti Jure legitimo, id est præcedente interrogatione & subsecuta Responsione inter præsentés celebratæ essent, ob quandam quasi stipulationum solennitatum desuetudinem. *Trentler. Volum. 2. disput. 28. thes. 4. lit. a.*

THESIS 6.

Materiam circa quam seu Objectum quod vocant, si desideras, nos illud putamus, omnes omnino Obligaciones esse *l. 1. ff. b. t. ex quibuscunq; ortas contractibus §. 1. instit. eod.* Effectum deniq; quem formaliter à fine secernimus, eousq; extendimus, quod fidejussor peræque teneatur, atq; Principalis debitor, videlicet ad id quod tempore Fidejussionis erat in Obligatione, sive Sors fuerit, sive Usura. *l. fidejussores 68. §. 1. b. tit.* Moram tamen ac delictum debitoris huc non referimus. *l. 22. de pactis nisi in omnem causam Fidejussio facta sit. l. 26. supr. locat.*

*Materia
circa quã.*

THESIS 7.

Ac sic inspectis Principiis Fidejussionis ea quæ circa hanc Materiam porro occurrunt pertractare apud animum meum constitui. Notissima autem & vulgaria nec præterire fas puto, ut huic nostro de Fidejussione discursui satisfiat. Animus itaq; est, de Fœminarum fidejussione nonnulla inserere, & tenemus nos hoc in passu vulgatam assertionem, efficaciter Eas obligari haud posse, *Darumb wann ein Weib vor etnen andern Bürge wird / ist sie zu bezahlen nicht pflichtig / Scheplitz. in prompt. jur. feud. & civil. tit. 34. §. 2. p. 593.* & hoc propter vim Scti Vellejani. *l. 1. 2. §. tot. Tit. ff. & C. ad Sctum Vellejanum. l. qui satisdare 3. & l. si*

Q. An foemina possit renunciare beneficio Senatus Consulto Vellejani.

Et l. si Titius 48. in pr. ff. b. tit. quod constitutionibus Marchiae insertum satis clare est, verbis: Constitueruntq; illud leges, ut succurrant naturali defectui ac imbecillitati Mulierum. *l. 1. Et 2. Et passim ad SCtum Vellejanum.* Sed dubitationis est, an non foemina renunciare huic beneficio possit, cum id plane absurdum esse ex juris terminis videatur, quoniam eo ipso quod leges prudenter constituerunt ipsae iterum illud destruere videntur; imbecillitati scilicet Mulierum prospicere voluerunt, cui per renunciationem beneficii deinde male consulunt, at recte nihilominus renunciationem & jure fieri posse Dd. statuunt. Observata modo cautela quam ipsi praescribunt. Mulier nempe de isto beneficio prius in specie per Notarium certiorari debet, quale nimirum sit, & qua praerogativa suffultum. *Baldus ad l. 1. ad SCtum Vellejanum.* Ratio etiam in manifesto est, mulierem hoc modo non decipi, cum Ipsa sciat ex informatione hoc SCtum Vellejanum in favorem suum introductum, & cum Ipsa ea uti non vult de injuria conqueri haud potest; Nec regerere quis potest, Mulierem eadem facilitate renunciationem eligere posse, ac apprehendere, qua pro aliis fidem suam obligare causa, *Argum. l. doli, 19. verso. diversum ff. de Novat.* Nam *contrariatur* huic renunciationi *natura, indolesq; mulierum, per quam ad rem sunt attenta satis, atq; adeo sua non facile perdere cupiunt bona,* quod tum maxime contingeret, si certiorata, de privilegio suo, nihilominus renunciationi insisteret, nam renunctio ista donationi simillima, *argum. si mulier 10. ff. de condict. caus. dat. non secut.* *Ceterum a donatione Mulieres adeo abhorrere putat, Baldus: Ut non dubitaverit miraculi loco eam censere in l. si a sponso 16. in fine C. de donatione ante nuptias.*

Porro

Porro si quæ talis inveniretur, forsan libidini, prodigalitatiq; potius illud dandum attribuendumque, vel etiam pertinaciæ Mulieris, legumq; contemptui, quæ à fragilitate longissimè absunt; Nam quidnam pertinacia est, si hoc non est, edoctam esse de suo beneficio, nihilominus autem isti renunciare.

THESES. 8.

Conformis ratione præcedentis proximè affirmationis vulgaris notitiæ causa, & illa explorato digna erit quæstio; An Fidejussor durius obligari possit, quam Principalis, & negativè communiter concludendum puto, per §. fidejussores instit. de fidejuss. Nec contrariatur Lex cum fidejubeat 53. §. 8. ff. b. t. per quam probari potest quod servus cum aliquo contrahens, naturaliter tantum obligetur, Fidejussor verò pro hoc servo ita naturaliter obligato, obligetur etiam civiliter l. cum fidejubeat 3. ff. b. t. ac per id dicas durius obligatur quam Principalis. Respondeo enim illud inconsiderati sui judicii præmium putet Fidejussor, quod eam susceperit, quam nullo negotio evitare potuerat; Servi enim obligationem naturali tantummodo formatam ratione suæ personæ in civilem transmutavit, itaq; suam propriam personam firmiter tantum obstrinxit; Hinc accurate distingvendum est, inter Fidejussorem, de quo dicitur quod in plus seu durius obligatus sit, quod ipsum ut dixi prohibitum, per §. 5. Instit. de fidejuss. & inter illum qui arctius obligatur quam Principalis, quod omnino contingere potest, ac sic Fidejussor etiam obligari potest, pro eo qui tantum naturaliter tenetur, & contra quem excussus non habet mandati Actionem l. Marcellus 25. b. t. Simili quasi ratione potest Fidejussor obligari sub pœna quam non promisit Principalis, quæ tendit

Q. An Fidejussor durius obligari possit quam Principalis.

Distinctio Fidejussoris.

B

ad Effi-

ad Efficaciam Obligationis ratione moræ ipsius Fide-
Fidejussor jussoris *Gloss. in l. sicut. 95. b. t.* Item potest & Fidejus-
se obligare for se obligare sub hypotheca aut pignore, ipso Prin-
potest sub cipali non obligato, nisi personaliter, & per conse-
hypotheca quens iterum tantum efficacius, cum non crescat
vel Pigno- summa debiti. *Faber. instit. b. t. §. fidejuss.* Nam si a-
re. aliquo modo cresceret, non teneretur, ut *in l. 8. §. si*
quis Stichum b. t. ubi si quis Stichum stipulatus ita fi-
dejussorem acceperit, Stichum, aut decem, fide tua ju-
bes, utrum ego velim, non obligat eum, quod durior
ejus sit conditio propter Electionem Principali com-
petentem. Itaque Fidejussio dirigenda venit secun-
dum terminos Principalis, quia accessoria ut non ex-
tendat se, ultra quam fuit in principali tempore, pro-
pter interpositam fidejussionem atq; adeo fidejussori
etiam nihil nocebit, si postea facto Principalis cre-
verit Obligatio *l. fin. b. tit.*

THESIS 9.

Qu. An Huc etiam referri potest illa quæstio An Fidejus-
Fidejussor for qui in plus equidem obligari non potest, arctius
nonnun- tamen nonnunquam tenetur, an inquam Fidejussor
quam ar- è contra qui in majorem summam obligatus est, quam
ctius tene- debuit Reus Principalis quoad hanc summam Princi-
atur. palis teneatur, ex. gr. Si fidejusserit in XX. cum Reus
deberet X. Et sunt qui statuunt Fidejussorem ne qui-
dem illos X. debere moti *per l. Græca 8. §. 7. b. t.* ubi ver-
ba illa: Omnino non, nullo modo explicanda putant,
verum enim verò contrariam sententiam veriore
puto per vulgatam Regulam: Utile per inutile non
vitiari in his quæ divisionem admittunt, & textum in
l. 1. §. si stipulanti supra de V. Obl. ubi diversitas quan-
tatis Responsionis non impedit, quo minus pro con-
currente quantitate sit contracta stipulatio, subjun-
cta

Et a ratione, quod summa minor insit majori, ut ma-
jorem promittens censeatur, & promississe minorem
petitatur. Et videtur hoc velle textus *in L. si a Reo*
70. b. ti Ubi qui pro Reo obligato sub conditione spo-
pondit, sub eadem conditione, & sub alia, aut alterna-
tivè, videtur quidem non teneri, quasi in plus obliga-
tus, respondetur tamen ibi magis esse ut teneatur, si
conditio communis prius evenerit, pro eà parte vi-
detur facere *textus expressus in l. Rogatus 33. sup. Man-*
dati, ubi qui in majorem summam quam rogatus e-
rat, fidejussit, hactenus mandati actionem habere di-
citur, quatenus rogatus erat, quia & id fecit quod man-
datum ei est, quoniam usq; ad eam summam ad quam
rogatus erat, fidem ejus spectasse videtur, qui roga-
vit, qui textus clarior videtur, quam ut in dubium
sit revocandus. Nec obstat allegata *supra lex Græce*
8. §. illud ff. b. t. Ubi qui pro aliis obligantur, si in du-
riorem causam adhibeantur, ut in proposito casu di-
cuntur omnino non obligari, quod quidam pro
nullatenus, & nullo modo cupiunt cum negativa,
postposita signo Universalis æquipollet etiam suæ
contrariæ propositioni, nam Resp. Verba omnino
non transponenda videntur, & legendum non omni-
no, Verum quoniam obstat constans lectio, & vul-
garis Florentina, quæ habet omnino non, ab ea fa-
cile recedendum non est, sed dicendum potius, quod
non tam debeat vis poni in nuda, præposita aut
postposita negatione, sed metienda sit, secundum
subjectam materiam, & mentem Legis, quæ hac in
materia talis est, ut non sit omnino Fidejussio nulla
in casu proposito, sed valida pro parte concurrente
sive intra metas principalis Obligationis subsistat, *Hil-*
liger in Donellum lib. 15. c. 48. lit. 3. Dicit porro & illud
B 2 potest

potest *in d. l. §. illud*, agit tantum de Fidejussore in durio- rem causam assumpto, in qua non potest fieri separatio, secundum exemplum ibidem subjunctum, quando quis fidejussit pure pro obligato sub condi- tione, neq; enim obligatio pura inest conditionali se- cundum dicta, supra de Verbor. Oblig. Ut merito di- catur, durior conditio Fidejussoris de qua & accipi- endæ *l. 16. l. 34. 38. 42. & similes b. t.* non etiam in casu, quo in summam majorem se obligavit, quia summa Divisionem admittit, in contrarium abire videtur *Bachov. ad Instit. §. 4. & ad Tr. v. 2. de. f. 28. th. 4. lit. B.* quem vide sis.

THESES IO.

Q. Quibz beneficiis Fidejussores uti possint. Opera pretium quoque puto, enarrare hic & monstrare, beneficia illa quibus Fidejussores uti pos- sunt, si volunt, quorum primum Excussionis seu Or- dinis vocatur; Et est privilegium quo Fidejussor pe- tit, ut suus Principalis prius excutatur an sit solven- do, quam ille turbetur. *Nov. 4. Auth. present. C. h. tit.* At notandum hanc Excussionis exceptionem ante li- tem contestatam opponendam, quia dilatoria est, quæ ante litis contestationem tenet. *argum. l. 2. ff. de Except. l. Pomponius 4. §. Ratihabitionis ff. de Procurat. l. Exceptio 19. C. de Procurat.* Quare si eveniat ut Fide- jussor ante Principalem conveniatur, eamq; non ob- jiciat, sed taceat, litemque contestetur: Postea illam opponendo non auditur, sed solvere compellitur, *l. Jure nostro SCt. b. tit.* Inveniuntur equidem, qui il- lam exceptionem in judicio semper usq; ad Conclu- sionem causæ demum opponi posse æquius esse con- tendunt, in his *Andr. Gail. lib. 2. Observ. 27. n. 3. p. m. 330. Item Berlichius part. 1. concl. pract. concl. 10. n. 21. & seqq. Hunnius in Resolut. ad Treutl. vol. 1. disp. 28. §. b. §. 9v. 33. p. 218.*

p. 218. Porro hanc Principalis Fidejussoris excusio-
nem adeò necessariam puto, ut Fidejussor nihil prius
solvere teneatur, quam usque ad sacculum & peram
illius excusio facta. *Jason. in §. fin. n. 6. de Actionibus.*
Deniq; & illud hic notandum, istud Ordinis benefici-
um cessare, si Principalis debitor absit, nam tunc non
repelletur Creditor à Fidejussore, nisi hic promiserit
sistere Principalem ante certum tempus, *aut b. pres.*
C. b. t. Item non repelletur Creditor, si notorium sit
debitorem non esse solvendo, cum quæ sunt certa,
non amplius sunt certioranda; illud & obtinere pu-
tant, si Excusio Principalis fuerit difficilis, fidejusso-
ris verò facilis, casum vide *in l. si quis stipulatus de*
V. O. Inprimis verò non competit hoc beneficium
ubi Fidejussor ei renunciavit ex generali ratione quod
quisq; habet licentiam renunciare beneficio pro se
introducto, *l. penult. C. de pactis. l. si quis in conscri-*
bendo si. C. de Episcop. & Cler. Novell. 136. c. 5. Ast be-
nè observandum quod specialis renunciatio requira-
tur secundum *Mynsinger. cent. 2. Observ. 15.* Nec suf-
ficit generalis renunciatio qua quis renunciat juribus
& beneficiis sibi competentibus hoc colore, quod ge-
neralis dispositio tantum operetur, quoad omnia si-
bi genere contenta, quantum specialis & quod gene-
ralitas in qualibet specie indistinctè operetur, hoc
inquam non sufficit, quia renunciatio est stricti juris,
ut nisi ea expresse exprimatur, non veniat subintelli-
genda. *l. Emptor 47. §. Lucius ff. de pactis.* ne alias
contra Regulam Juris quis suum donare, vel jactare
videatur, seq; excludere à beneficio de quo non co-
gitavit. *l. 5. supra de Transaction.* ubi dicitur, Inter-
pretationem prudentum fregisse captiosam liberali-
tatem, qualis hæc foret, si Fidejussor generalibus ver-
bis

bis excluderetur à beneficio de quâ minime cogita-
vit, quæ tamen sententia sic demum valet, nisi renun-
cians utatur verbis generalibus quæ in effectu sunt
specialia: veluti se soluturum ante Principalem, quæ
nihil aliud sonant, quam se non usurum Beneficio
ordinis; secundo quando aliqua beneficia sunt spe-
cialiter expressa, & deinde subjecta Clausula genera-
lis, videtur enim de unoquoque specialiter actum.
*Hippol. de Fidejusfor. num. 28. Glosf. in l. sed & si quis §.
quasitum ff. si quis cautionibus.* Si itaque Fidejusfor
non renunciavit huic beneficio, manet firmum quod
ante excussionem Principalis solvere non teneatur,
sic etiam responsum in Camera Electorali Branden-
burgensi die 10. Januarii Anno 1611. cujus sententiæ
tenorem hic subijcere non incongrue puto. In *Sa-
chen Christoff N. Klägern / contra Ernst N. Beklagten/
betreffend 100. Rthlr. sortis, darauff sich Beklagter ne-
ben andern gegen W. von W. Christoffs Vater vor W.
von R. bürgerlich eingelassen / ist verabschiedet / daß weil
Kläger dem beneficio Excussionis nicht renunciires /
vorhero des Principalen Sohn belangen / und in Anspruch
nehmen soll. Befindet sich dann daß er sich der Zahlung
bey dem nicht erholen könne / bleibet ihm in alle wege be-
vor / sich an Bürgen zu halten. B. R. W.*

THESES II.

2. *Benefic.
Divisionis.*

Secundum est beneficium Divisionis ex Epistola
D. Adriani, estq; privilegium quo petit Fidejusfor ut
Obligatio inter se & Fidejusfores dividatur, ut ipse su-
am tantum portionem solvat. *l. 27. b. t. l. ult. de Con-
stit. pecun.* Veluti uti tribus præter eum fidejusfori-
bus in summam quadringentorum florenorum ipse
centum tantum exsolvat. Cæterum bene notan-
dum

dum tam hoc quam præcedens beneficium non com-
petere ipso jure, sed ope exceptionis, uti patet ex §.
si plures Instit. eod. & Auth. præsent. C. eodem. Itaq; si
ante excusum Principalem solverit Fidejusfor, non
repetet à Creditore tanquam indebitum, cum ipse de-
beat: Uti nec si omiserit Exceptionem divisionis, con-
tra alios Fidejusfores regressum habebit. *l. cum alteri
11. C. b. t.* Quæri etiam hic solet de Tempore, quando
hæc beneficia opponenda, quantum itaq; ad Excepti-
onem Divisionis usq; ad sententiam eam opponi pos-
se traditum, *in l. Fidejusfor 10. b. t.* quod videatur sa-
pere naturam peremptoriarum quæ usq; ad senten-
tiam opponuntur: Nam in solidum conventus ante-
quam damnaretur, si non opposuerit actiones divi-
sionum, sed in solidum se passus sit condemnari, cœ-
pit judicati actione in solidum teneri Creditori, quam
semel quæsitam iniquum est invito auferri per partis
oblationem. *argum. l. fin. de pactis. & l. haberi 57. in
fin. de Eviction.* Nisi à sententia fuerit appellatum,
cum per appellationem extingvitur judicatum. *l. 1. §.
fin. ad Sctum Turpillianum.* Et reponatur res in statu
quo erat ante litem contestatam. *Cujac. in Recitat. C.
de constituta pecun.*

THESIS 12.

Si prædictis beneficiis Fidejusfor uti nequeat vel
nolit, habet tertium Remedium Cedendarum scil. A-
ctionum, quod Dd. appellant Privilegium, quo Fide-
jusfor unus qui totum debitum Creditori solvit, pe-
tit à Creditore, ut sibi Actiones & omne jus cedat,
quod in solidum contra reliquos Fidejusfores & ipsum
Principalem habet. *l. si mandatis 13. l. fidejusforibus 17.
l. cum 15. 36. l. ut fidejusfor 39. ff. b. t. l. Modestinus 76. ff.
de solution. l. Papinianus 28. & l. qui mandati 43. ff. man-
dati.*

*Beneficium ;
Cedenda-
rum Actio-
num ;
Quomodo
à Dd. vo-
cetur.*

dati. Hanc dico objectionem recte objicit Creditori
agenti ; Quæ ita justa est, ut si cedere recuset Cre-
ditor, ab Actione repellatur, & decursi interea tem-
poris usuras non debeat Fidejussor, licet non ob signa-
verit Debitor, etiam in casu quo dies aut locus solu-
tioni est dictus, cum in solutione non possit videri
moram fecisse is, à quo propter justam exceptionem
pecunia non male petitur, *l. sciendum 21. de Usur.* Ce-
dendæ sunt Actiones etiam contra pignorum posses-
sores. *l. si mandator 13. 14. b. t. l. cum alter 11. & l. Man-
dat. 4. C. eodem.* Nisi & in aliam causam sit obligata
quia cessio foret damnosa Creditori : Item cedendæ
sunt contra alios qui una fidejusserunt. *l. Fidejuss. 17.
l. cum 15. 36. ff. b. tit.* Attamen contra Debitorem uon
est necessaria hæc cessio post Solutionem, cum illi sit
consultum actione Mandati vel negotiorum gesto-
rum, potest tamen dum solvit petere, etiam contra
invitum, cum omnino debeat Actionem suscipere de-
bitor. *l. aliquando 13. in fin. ad Sctum Vellejan.* Eamq;
tenetur cedere Creditor *l. 2. b. tit.* Post solut. multis
non videtur cessio tenere, cum nulla supersit Actio
quæ cedatur: *l. Modestium 67. in fin. de solut.* Utpote
Debitore jam liberato ut extinctæ sint & Accessiones.
l. in omnibus 43. in fin. eod. tit. quia tamen tanquam,
Fidejussor solvit suo nomine, ex Ratione Mandati ipso
jure non liberabitur, ut videatur postea petere posse
contra eum sibi cedi Actiones. *l. Papinianus 28. ff.
Mandati.* Illud quo de supra, disputant ad-
huc Dd. an isthanc Actionum Cessionem Fidejussor
non solum ante, & in ipsa solutione: Sed etiam post
factam solutionem petere queat. Veriorem ego &
benigniore sententiam puto, eorum, qui non mo-
do ante solutionem, & in continenti in ipso solutio-
nis

nis actu, sed & ex intervallo facta à Fidejussore solutione, cessionem Actionum à Creditore peti, adeoque Creditorem quasi Actione empti ad faciendam cessionem compelli posse putant, cum hoc casu Fidejussor solvens sit quasi emptor nominis, cui Creditor, quocumq; tempore postulat, jus suum tradere necesse habet, per textum apertum, *in l. cum 15. 36. ff. b. t.*

THESIS 13.

Præter beneficia quæ Fidejussores habent, *Exce- Fidejusso-*
ptiones ipsis competunt & quidem Exceptiones debi-*ribus com-*
tori competentes ejus Fidejussoribus accommodan-*petunt Ex-*
tur. Ast intelligo Exceptiones Reales, seu Rei, & Obli-*ceptiones.*
gationi cohærentes, quæ Debitori competunt; Illæ *Reales.*
Fidejussoribus ejus & quidem etiam invito Reo Prin-
cipali utiliter conceduntur. *l. si stipulatus 15. & Lex*
ex persona 32. ff. b. t. l. & heredi 21. in fin. cum LL. ali-
quot sequentibus ff. de Pactis. At Exceptiones meræ Per-*Personales*
sonales ad Fidejussorem neutiquam porriguntur *l. Ex-*
ceptiones 7. in princ. ff. de Exceptionibus.

THESIS 14.

Verum enim verò ut ut Fidejussores beneficiis
gaudeant, ut etiam prædictis Exceptionibus uti
possunt, attamen id oneris subinde premit Fidejusso-
rem constitutum, quod ante solutionem ad liberati-
onem agere non possit. *argum. l. 10. C. Mandati, l. 38. Fidejussor*
ff. eodem. Nam periclitaretur, Reus interim, si Fide-
jussor pro lubitu liberationem impetrarit, & illi Fide-
jussorem novum invenire incumberet. *L. 17. §. 3. ff. ante solu-*
tionem ad
liberatio-
nem agere
non potest?
Commod. Imprimis etiam quia Creditor compelli
non potest Fidejussorem acceptum liberare, quamvis
debitor paratus sit alium æque idoneum offerre. *l. 14.*
ff. de constit. pecun. l. 45. ff. Mandati. l. 14. l. 22. & l. 51.
ff. eod. Quod ipsum tamen iterum plane generaliter

C

haud

Casus 1. haud intelligendum, nam dantur casus, qui excipi-
Quod Fi- untur, quorum Primus, si Fidejussor ob procrastina-
dejusf. an- tionem solutionis à debitore præstandæ sat temporis
te solutio- in obligationis vinculo detentus fuerit, ne itaq; ille
nem ad li- perpetuo sic anceps vexetur, *argum. l. in fin. ff. ut in*
berationē *posseß. Leg.* aut semper solutionis pertimescendum sit
agere pos periculum, *l. 9. ff. solut. matr.* Fidejussor ad libera-
fit. tionem vel indemnitis cautionem agere potest, ad-

Adversus versus Principalem Reum. *Matth. Coler. de Process.*
Principale *Exec. part. 1. c. 10. n. 310. Valent. Franc. de Fidejusf. c. 5.*
Reum. *n. 559. Andr. Gail. l. 2. Observ. 29. n. 3.* Quod tamen sic

restringi potest, ut Fidejussor licet diu in Obligatione
hæserit, agere non possit, ut ab ea liberetur, nisi vel
debitor non solvendo vel Creditor in exigendo ces-
saverint, arbitrio verò Judicis committendum, quan-
tum temporis ad hoc requiratur. *Schneidew. & Myn-*
singer. ad §. 6. instit. de Fidejusf. Andr. Gail. Observ. 29.
n. 9. Menoch. de arbitr. judic. l. 2. cent. 1. cas. 41. num. 3.

Casus 2. Secundus casus est quo Fidejussor ante solutionem,
ad liberationem agere potest, si Reus debendi bonis
suis largius uti, illa dilapidare, & labi facultatibus cœ-
perit, sic ut inde damnum metuat Fidejussor ad li-
berationem agere potest. *l. 38. §. 1. ff. & l. 10. C. mand.*
Andr. Gail. l. 2. Observ. 29. n. 8. Berlich. decis. 207. n. 13.
& seqq. Anton. Faber ad C. l. 8. t. 28. defin. 39. Tertius

Casus 3. casus ille est, si Fidejussor ad certum tantummodo
tempus constitutus est, elapso eo ad liberationem a-
gere potest. *l. 10. junct. l. 1. §. 1. fidejussor.* Aut si dies so-
lutioni adjectus fuerit ac venerit, & ipse à Creditori-
bus inquietetur, aut in eo sit ut mox inquietandus
videatur, *arg. l. 15. in princ. ff. de fidejusf. l. 3. ff. de com-*
pensat. Hartman. Observ. pract. tit. 30. Observ. 6. Anton.
Faber ad C. lib. 4. tit. 26. defin. 24. & 26. Plures Exce-
ptiones

ptiones & Casus quibus Fidejussor ante solutionem
ad liberationem agere potest, *vid. apud Valent. Franc.
de fidejuss. c. 5. num. 159. & seqq. Andr. Gail. lib. 2. Ob-
serv. 29. Berlich. decis. 261. n. 8. 26. & 30.*

THESIS 15.

Fidejussorem liberari, qui datus est ad certum tantummodo tempus, si tempus illud præter lapsum, affirmavi, quæ assertio novum parit dubium, scilicet quæri exinde potest, quidnam judicandum de eo tempore, quod prorogat Creditor Debitori ultra terminum solutionis, absente aut ignorante Fidejussore, an non tanquam per novationem Fidejussor sic liberetur. ^{2. Quando Fidejussor liberetur.} Ad quod Respondendum, distinctione opus est respectu Fidejussoris, nam hic aut datus est simpliciter pro debito, quamvis illud certo termino exsolvi debeat, aut constitutus est Debitor ad certum solummodo diem, si datus est simpliciter pro debito, per termini prorogationem se inscio à Creditore factam, non liberatur. Quia obligatus ad solvendum pro Principali incerto termino, etiam tenetur post terminum non minus quam ipse Principalis, cum adjectio temporis non sit modus finiendæ Obligationis. *l. 44. ff. de Verb. Oblig. consequenter nec prorogatio termini sive exactionis dilatio, l. 12. §. si post 14. ff. Mandati, huc pertinet textus. in l. 54. ff. locati, & l. 56. §. 2. ff. de Fidejuss.* Quibus Fidejussor simpliciter datus ad omnem causam & casum datus intelligitur, nec liberatur donec Creditori plene satisfiat. Distinctione opus esse dixi respectu Fidejussoris, nam Ille aut datus simpliciter, aut Debitor constitutus est, ad certum solummodo diem, priorem Fidejussorem vidi, & quid juris, explicui, Alterum quod concernit, nimirum qui constitutus est ad certum solummodo diem debitor,

tor, puto, Fidejusforem hoc casu liberari, equidem, quoad sortem, & usuras, futuri temporis; Quoad sortem & usuras verò præteriti temporis, nequaquam, ob quas obligatus manet, donec aut liberetur, aut per solutionem ipsa obligatio perimatur, quæ ante termini lapsum exigibilis non erat, quomodo intelligenda est *l. 7. C. Locati*. Quod elegantissime deducit *Matth. Coler. de Process. Execut. part. 1. c. 10. n. 346. & n. 352*. Nisi forte per novam stipulationem solutionis terminum debitori prorogaverit Creditor, per quam prorogationem de novo ab ipso Debitore pecuniam stipulatur, isq; de novo promittat; Præsertim si pro debito, quod simplex antea erat, usurarium constituerit, aut similem mutationem fecerit: Quo casu propter manifestam novationem Fidejusfor antea datus in totum liberabitur, *per text. in l. 60. ff. de Fidejusf.*

THESIS 16.

Certum jam est quod Fidejusfor sit obligatus tanquam Debitor, certum etiam quod temere non liberetur, restat ut exponam ad quodnam obligetur *Fidejusfor ordinario modo*, & respondeo: Fidejusfor ordinario modo non in Usuras, sed in Sortem tantum obligatur, moram enim ac culpam Debitoris præstare in Usuras non tenetur. Excipio autem talem casum ubi nominatim in usuras etiam accipitur, hæcque assertio nostra manifesto patet ex *l. Fidejusfor seu Mandator 10. C. de Fidejusf.* ubi expressis verbis Fidejusfor, si in Usuras quoque obligatus est, justam causam recusandi eas solvere non habet; Manet itaq; firmum Fidejusforem simpliciter acceptum de Jure Civili Romano in sortem duntaxat obligari. Accedit clarissimus textus in *l. qværo 54. in princ. ff. locati*, ubi Manifesto videre

Fidejusfor ordinario modo non in Usuras, sed in Sortem tantum obligatur. Excipitur Casus.

dere est, Fidejusforem in Usuras & Accessiones ex mora Debitoris tum demum teneri, si in omnem causam sese obligaverit. Ex contrario itaque colligo, si hoc non fecit, in accessiones haud erit obligatus. Cæterum quid dicendum, si non Principalis, sed ipse Fidejussor moram committat, tenebitur ex hac mora sua ad accessiones, h. e. usuras & fructus. Resp: *Si ipse Fidejussor moram committat.* tenetur omnino per *l. cum filius familias 49. in pr. vers. Ad si pater, & l. si pupillus 127. in fine ff. de Verb. Oblig.* Ac causa in manifesto apparet, nam unicuique moratori sua mora obesse, nec alteri nocere debet, *L. in Condemnatione 173. §. 2. ff. de Reg. Jur.*

THESIS 17.

Sed quid dicendum, An Fidejussor dari possit pro aliquo qui ex delicto obligatus est, & Respondetur, Pro eo, qui ex delicto obligatus est, quo cum agitur Civiliter, pecuniarie non solum iudicio sisti, sed & iudicatum solvi, imo poenae solvendae causa dari potest, *l. Graeca 8. §. Sed & si 5. d. l. 56. §. fin. l. 70. §. ult. b. tit. l. 3. ff. qui satisfacere cog. l. 12. & seqq. si ex noxali causa agatur. l. si cum 10. qui injuriarum. ff. si quis caut.* Pro reo autem criminis atrocioris, veluti caedis, ad capitis poenam vel corporis cruciatum obligare se nemo potest. *Nemo enim est Dominus membrorum suorum l. liber homo 13 ff. de L. Aquilia.* Huic quaestioni non incongrue jungi illa potest, an sub Exilii poena fidejubere quis pro Reo possit, & respondeo, quod sic, quia exilium sive deportatio non est poena corporalis, sed ad fortunas potius & domicilii mutationem respicit: *Fortuna autem quisque sua faber est, & reorum suarum moderator ac Arbiter. l. in re Mandata 21. C. Mandati.* Imprimis cum nullum corpori dolorem exilium afferat, cum jam salvis nummis, publicatione

catione bonorum sublata. *Nov. 134. c. ult.* exulent deportati, ideoq; non fame, non siti vexantur. Notemus autem adhuc illud, si crimen sit ejusmodi, ut Fidejussoribus reus committendus videatur. *l. 6. §. super bis 3. C. de Appellat.* quod & ipsum arbitrio Judicis relinquitur. *l. 1. 2. & 3. ff. de Custod. Menoch. 2. arbitr. Jud. quest. c. 306. n. 16. & seqq. Clar. 5. sent. §. ult. quest. 46. n. 11.* Quod quæri possit, quid Fidejussor promittere debeat, & Respondeo sufficit eum promittere iudicio sisti. *l. 4. C. eodem.* Eo amplius Fidejussor habet semestre spatium, si Reum Fidejussor in certum diem iudicio sisti caverit, & si non stiterit pœnam promiserit, nec Reo non exhibito statim damnandus est, sed ut dixi ex Constitutione Justiniani semestre habet spatium, intra quod si reum sistat, pœnæ præstationem effugiet, *l. sancimus 26. C. h. tit.* Cæterum non liberatur Fidejussor, si reum bis iudicio stiterit, sed toties sistendus est Reus, quoties Judex desideraverit, obligatur enim Fidejussor usque ad sententiam. *Anton. Matth. de crim. ad lib. 48. t. 14. c. 2. n. 22.*

THESES 18.

Q. An Fidejussor intervenire possit pro Prodigio, Furioso, Pupillo.

Quæri porro & illud potest, An Fidejussor intervenire possit, pro Prodigio, Furioso pupillo. Respondetur quod sic *per l. Marcellus 25. ff. b. tit.* sed notandum teneri Fidejussorem obligatum pro Pupillo, furioso, prodigo, obligato ex delicto, uel quasi ex contractu *l. 46. ff. de Oblig. & Action.* quamvis Mandati actio ei non competat: Pro eis verò non obligatis, ut puta si stipulanti promiserint, Fidejussor non obligatur, *d. l. 46. Cujac. in l. Si homines 19. ff. de Usucap. Pac. 8. Ant. 25.*

THESES 19.

Observari quoque meretur in hac Fidejussionis

nis materiâ, quod accurate distingvendum inter Com- *Distinctio*
mendare & Mandare, nam Mandator Fidejusfori si- *inter Com-*
millimus, non verò Commendator. Hinc si quæstio *mendare*
incidit an Commendator Mandatori in omnibus ar- *& Man-*
ticulis Juris comparandus, adeo ut Commendator *dare.*
tanquam Mandator obstringi possit, Respondetur *An Com-*
quod non, nam ex. gr. Si quis diceret, Mœvium ego *mendator*
ut hominem locupletem commendo. Paulus ob *Mandato-*
hanc Commendationem contrahit cum illo. Illum *ri in omni-*
verò solvendo non esse res ipsa indicat, Mævius, post *by articu-*
excursionem Pauli mecum agere vult, tanquam Fi- *lis juris*
dejusfore; Non recte ipsum instituere actionem ap- *comparans*
paret, cum uti dictum, multum inter se distent manda- *us.*
re & commendare, per *l. si vero 12. §. cum quidam 12.*
ff. Mandati. Excipio tamen dolum, si quis forte per
illum aliquem ad contrahendum cum altero persua-
sit ac perpulit, per *L. quod si cum scires 8. ff. de dolo*
Malo.

THESIS 20.

Si jam solvit Fidejusfor, omne id quod pro Reo
Principali solvit, actionem Mandati contraria repete-
re potest, pro absente autem & ignorante fidejubens,
negotiorum gestorum actionem habet, hisq; actio-
nibus non tantum Principale debitum sed omne in-
super damnum expensas & interesse imo Usuras usu-
rarum petit & consequitur. *l. si quis alicui 27. §. impe-*
dita ff. Mandati Magnif. Dn. D. Brunnemann. in Repet.
Paratit. Wesenbec. ad Tit. de Usuris.

THESIS 21.

Et sic ex connexionione, imo etiam ex inscriptio-
ne Disputationis finiendo simul, ad indemnitate Fide-
jussorem me converto, & quamvis, quod sciam,
ex professo Doctores de isto non egerint, sed tan-
tum

*Fidejussor
indemnita-
tis duplex.
I.*

tum incidenter & levi quod ajunt brachio perstrin-
xerint, qua tamen ingenii vires suppetunt ac Disputa-
tionis conscribendæ Finis permittit, paucis potissimū
eum spectantia hic subjungam. Notandum tamen i-
nitio indemnitis Fidejussorem esse duplicis generis,
Primo qui accesoriæ Obligationi accedit, atq; ita Fi-
dejussor fidejussoris nuncupari potest, hocq; quotidie
fieri posse, ut Fidejussoribus constituantur à Reo Prin-
cipali alii Fidejussores, qui priores Fidejussores servant
indemnes, & appellantur *Schadlos bürgen*, id est, Fi-
dejussores indemnitis. *Schneidew. ad §. in omnibus in-
stit. b. tit. per l. Graca 8. in fin. ff. de fidejussoribus & Gl.
in verbo promittit instit. in pr. eodem.* Ast alio planè

*Qui & ab
JCris sub-
sidiarius
vocatur,
II.*

modo à JCris indemnitis Fidejussor iterum accipi-
tur, qui appellari potest Fidejussor subsidiarius qui
præsentibus aliis intermediis fidejussoribus datur in
id, ut Creditor Principalis securus sit vid. imprimis
D. Philippi Eccl. 64. lib. 3. Usus Pract. Inst. Cæterum il-
le indemnitis Fidejussor, ad nihil prius obligatus in
effectu, antequam primo ipse Reus Principalis & ejus
Fidejussores Ordinarii excussionem passi, adeo, ut
quamvis renunciaverit beneficio Excussionis nihilo-
minus semetipsum tueri possit. *vid. D. Philippum all.*

Definitio.

loc. Non incommode itaq; talis Fidejussor definiiri pot-
est. Quod sit persona ad fidejubendum idonea, quæ
in subsidium demum & defectum primariæ Obligatio-
nis, rei, aut etiam accesoriæ fidejussionis conveniri,
ac fidem suam præstare tenetur; Nec nego per Ana-
logiam tantummodo hoc Fidejussoris vocabulum,
tali Fidejussori indemnitis competere. Hinc *Mat-
thias Wesenbec.* illum non proprie Fidejussorem appel-
lari posse contendit *Consil. 10. n. 41.*

THE-

THESIS 22.

Hisce tanquam necessariis ad controversiæ Statum, qui resultare potest, ex hac materia formandum recte præsuppositis, incumbit mihi inquirere in effectum Fidejussoris Indemnitate, accuratiori quadam ratione; Quaritur itaque an Fidejussor indemnitate seu subsidiarius, vulgo *Ruck oder Schad, loß bürg* teneatur solvere usuras usurarum. Ego adhibita prioris distinctione, quod nimirum Fidejussor Indemnitate aut ille sit in jure nostro *Qui est datus in gratiam Fidejussorum*, quod ipsi nimirum indemnes sint: Aut *Usurarum* ille etiam vocetur per *JCTos indemnitate Fidejussor*, qui in gratiam Creditoris ultimo demum datus; Ego *Indemnitate* neutrum horum Fidejussorum indemnitate ad usuras usurarum obligatum puto, ac quia potissimum mihi jam res est, de illo indemnitate Fidejussore, qui in gratiam Fidejussorum datus, de ipso jam affirmo quod non teneatur solvere usuras usurarum, si illas specialiter non promisit. Motus imprimis his rationibus, quia Usuræ ipsæ regulariter ex mutuo non debentur. *l. Titius Sempronio 24. ff. de Præscript. Verb.* Multo minus itaq; Usuræ Usurarum ab Indemnitate Fidejussore peti possunt. Sciendum nimirum, esse modum dandi & accipiendi mutuum, qui continet certam qualitatem, hinc est quod mutuum detur aliis quando gratis, quandoq; verò sub Usuris. *l. Lecta 40. ff. de Rebus Credit. l. Debitor 7. l. Pecunia 9. l. Cajus 11. l. 12. l. cum quidam 17. & l. etiam ex nudo 30 ff. de Usuris.* Sua equidem natura, mutuum est gratuitum, utpote ex Amicitia profectum. *argum. l. si tibi decem 17. in pr. ff. de pactis. l. Usura pecunie 121. ff. de Verbor. significat.* Verum stipulatione mutuo adjecta effici potest, ut propter usum pecuniæ mutuae licitas usuras mutuatarius

Q. An Fidejussor Indemnitate teneatur solvere Usuras Fidejussor Indemnitate duplex.

D

tarius

tuatarius præstet. *l. Quamvis 3. C. de Usuris. l. idem 10. S. si quis Titio 4. ff. Mandati. l. Titius 24. ff. de Præscript. Verb.* Quod tunc non tam ex mutuo usuræ numerentur, quam ex stipulatione, cui causam solummodo præbuit mutuum; docente *Geddeo in Commentar. de contrab. & committ. stipulat. cap. 6. n. 83.* Cum itaq; talis conditio ipsarum usurarum sit, quare quis petere possit à Fidejussore Indemnitas usuras usurarum, quas nunquam promisit? Odiosa insuper potius restringenda, quam augenda, & quidni competerent Indemnitas Fidejussori, pleraq; illa jura quæ Fidejussori competunt? nam Indemnitas Fidejussor, omnino est Fidejussor, ac per id Fidejussorum etiam beneficiis gaudet, quorum potissimum, quod non ad aliud sint obligati, quam id, ad quod se specialiter & nominatim obstrinxerunt, Exemplum est, *in l. Fidejussor s. Mandator. 10. C. de fidejuss. ibi: Fidejussor si in Usuras quoque obligatus est, justam causam recusandi eas solvere non habet; Quemadmodum jam firmum est, Fidejussorem simpliciter acceptum in sortem duntaxat obligari, sic ex identitate rationis colligo, Fidejussorem indemnitas non obligatum ad usuras usurarum, si illas nominatim non promisit. Imo Usuris Usurarum jus nostrum non indulget, nisi certis casibus, utpote si Fidejussor pro principali eas solvit vel negotiorum gest. l. 37. ff. de Us. l. 38. C. de N. G. vid. *Magnif. Dn. D. Brunnem. in Rep. Parat. Wesenb. ff. Tit. de Usur.* Ac Fidejussoris Indemnitas vestigia in jure nostro vix inveniuntur. Si itaq; ipsum obligatum ad Usuras Usurarum nullo penitus modo ex jure Civili probari potest, nemo forte audebit quoque tam odiosam pronunciationem in illum ferre, à qua Leges abhorrere videntur. Posito jam Fidejussores à Principali Debitore posse*

re posse petere usuras usurarum, secundum jam alle-
gatum *Magnif. Dn. D. Brunnemannum* nunquam tamen
illas obtinebunt ab indemnitate fidejussore, quoniam
ea quæ specialiter recepta in jure, imprimisq; odiosa,
non sunt in exemplum trahenda. Porro tritissima
Juris Regula est, moram unicuique suam, & non alii
obesse debere, itaq; quod fidejussores petere possunt
à Principali Debitore, non eodem jure petunt ab In-
demnitatis Fidejussore, insuper confirmat hanc no-
stram sententiam, *L. 8. ff. quod certo loco dari oportet.* Ubi expresse habetur, ob moram Rei Principalis
obligationem fidejussoris nullo modo augeri sive ple-
niorem fieri; Tandem, jubet hanc juris rationem Re-
cessus hujus Electoratus Marchiæ de Anno 53. ubi Ar-
ticulo 33. *In übrigen soll so wol extra als in Concurfi-
bus so viel derselben noch ad distributionem nicht kom-
men / gleich wie gegen die Einheimische und Ansländische
in non solutis Usuris Exceptis piis causis, wiederkauff-
lichen Contracten und den unablößlichen Zinsen / keine
Usuræ höher / als bis sie sortem æqviret, erkant werden.*
Si itaq; ultra alterum tantum usuræ regulariter non
permisæ, multo minus usuræ usurarum in hoc Ele-
ctoratu ordinariè sibi locum vindicare poterunt. Ac
quoniam jam vidi priorem fidejussorem indemnita-
tis, quid de Altero sentiam paucis ostendam; illum
intelligo, qui ultimo tandem in gratiam Creditoris
datus, de quo, quemadmodum etiam supra definitum
affirmo similiter, quod ejusmodi fidejussor multo
minus teneatur solvere usuras usurarum, has enim
jus ordinario rejicit modo, quare itaq; à tali Fide-
jussore peterentur, qui in nihil aliud datus, quam ut
Creditor eo magis securus sit; Porro talis fidejussor
indemnitate nihil prius obligatus est solvere, quam

D 2

Reus

Reus Principalis, & Fidejussores Ordinarii excusationem passi, quoniam conditionaliter demum se obligavit. Imo nec renunciatio beneficii Excusationis nocet tali Fidejussori. Quod etiam ad juratam renunciationem trahunt, *Emanuel Swarez. in Thesaur. recept. sent. verbo Fidejussor indemnitate num. 138. Dn. Carpzov. Decis. 14. n. 7. Heintz. Habn. ad Wesenb. Parat. Tit. de Fidejussor. n. 5. §. aut Excusis. p. 661. in part. 2.*

THESIS 23.

Q. Si Fidejussor Indemnitate Fidejussores Indemnes prestare promisit, An ad Usuras Usurarum tenetur. Cæterum si Fidejussor Indemnitate Fidejussores plenè indemnes prestare, in allen und jeden Stückem schadlos zu halten/promississet, numne ad Usuras Usurarum ea ratione teneretur non extra omnem difficultatis aleam positum est; Ut paucis agam, nec hoc modo ad eas obstrictum esse credo. Primo quoniam hic Fidejussor Indemnitate tenetur ex stipulatu, & sic An ad Usuras Usurarum tenetur, nisi quod actum appareat, *arg. l. 99. ff. de V. O. rarum te- (2.)* Quod nemo præsumatur se obligasse ad ea de quibus probabiliter non cogitavit; Jam Fidejussor indemnitate probabiliter cogitare non potuit de Usuris Usurarum Fidejussori præstandis, dum saltem id restituere promisit, quod in casum non solventis Principalis solvere coactus fuit, Usuras vero Usurarum non solvit, E. per consequens nec Fidejussor easdem ab hoc nostro repetere valebit. (3.) Promisit se saltem indemnem præstiturum Fidejussorè, quando autem Usuras usurarum exigere vult, non damnum, sed lucrum exigere videtur, cum tamen generaliter jura magis faveant de damno, quam lucro certantibus. (4.) Usuræ usurarum, per se odiosæ *l. 28. C. de Usur. Carpzov. part. 2. Const. 30. def. 29.* nec, uti in præcedentibus dictum, nisi jura iisdem expresse indulserunt,

runt, admittuntur, de quo nostri hujus casus intuitu
Leges & probati Dd. silent. (5.) Egregium argumen-
tum est *ex d. l. 8. ff. de eo quod certo loco*. Quod illud,
quod extrinsecus accidit, Fidejussori imputari neque-
at, jam negari nequit hoc ubi Fidejussor à Principali
cesante usuras usurarum exigere valet, non potest
non penitus extrinsece contigisse dici, E. per conse-
quens, nec huic istud præjudicio esse valebit. (6.) E-
dem Argumentum *ex l. fin. ff. de fidejuss. circ. fin.* mili-
tat, dum fidejussori imputari non poterit, quod Prin-
cipalis in pœnam præstare debuit, Usuræ v. Usurarum
quas Fidejussor à Principali desiderare valet, omnino
in modum pœnæ sunt, ut nec hoc intuitu Fidejussor
Indemnitas ad eas teneatur. Quibus non obstat
l. 54. ff. locati. verbis: *Si in omnem causam fidejuss.* ubi
ea clausula ad has usuras Fidejussorē astringere vide-
tur; Nam (1.) ibi agitur saltem de Usuris simplicibus,
quæ ad has odiosas extendere non licebit. (2.) Agitur
in dicto textu de negotio bonæ fidei, ubi ob natu-
ram contractus latiori interpretationi indulgetur, sic-
uti non obscure, ex dicto textu colligitur; hoc loco
verò versamur in contractu Stricti Juris, ubi fidejus-
sor contra Indemnitas Fidejussorem nisi ex stipula-
tu agere nequit. (2.) Minimè nocet, quod Fidejus-
sor à Principali Usuras Usurarum si solvendo fuisset
exigere valuisset, per *l. 19. §. 4. ff. de Neg. G. cap. 2. Ext.*
de Fidejuss. Nam inter istum & hunc casum de pro-
missione Indemnitas longa differentia est, contra
Principalem n. l. experiebatur Actione Mandati, & sic
bonæ fidei, hic non nisi uti aliquoties dictum actione
ex stipulatu. 2. Ideo à Principali Usuras Usurarum
exigit, quoniam liberavit ipsum, ex magno incom-
modo, quo sine condemnatus fuisset, & instante Cre-
ditore

ditore excusatus usque ad Peram & saccum; Et ita Fidejussori contra Principalem, quoniam respectu ejus usuræ solutæ Sors facta, inde iterum usuræ non denegantur. *Berlich. part. 2. decis. 268. num. 33. Schepliz. ad Consv. March. part. 4. tit. 1. §. 2. n. II. Hering. de Fidejuss. cap. 26. n. 103.* Nostro casu vero Indemnitate Fidejussor nullo incommodo liberatur, quoniam non tenebatur quam saltem in subsidium. Nec 3. impedit quod Creditor Fidejussori cesserit omnia jura, & sic ratione Principalis Obligationis ita cessæ forte experiri posse videatur, dum nulla inde consequentia, siquidem nec Creditor cedens contra indemnitate Fidejussorem eousque agere valuisset, & sic non plus Juris transferre quam ipse habuit. Nec 4. obstat, quasi vocabulum *Schadloß* nimium interpretatione ista restringeretur contra mentem promittentis, qui nihil excepit; nam, omnino sicuti præsuppositum de nullo alio promississe intelligitur, quam de quo probabiliter cogitavit, nemo vero præsumet facile de Usuris Usurarum eundem cogitasse. Et si Debitor foro renunciando se ubique conveniri velle, non præsumitur sensisse quam ubi de Jure conveniri valet, per vulgata, cur fidejussor indemnitate de aliis cogitasse præsumetur, & se obligasse per dictam clausulam ad quæ Usu Juris teneri non valeret. Sicuti in simili casu in causa *H. J. von Th.* contra *L. von T.* non solum Facultatem hujus Universitatis Juridicam consulendo respondisse, sed etiam Illustre Judicium Camerae Electoralis pronunciasse comperi. Ast de his satis.


THESIS 24.

Tandem sciendum effectum Fidejussionis cessare eo casu, quo Principalis cessat, veluti per solutionem, acceptilationem, pactum de non petendo, & simi-

similem Exceptionem Realem, aliamq; satisfactionem,
præscriptionem, *l. si quis 37. b. t.* per literas aliquando
dilatatorias à Principe impetratas de quibus *arg. l. 4. C. de
prec. Imper. offerend.* Est enim fidejussio accesoria, ut
quatenus diminuitur Principale debitum censeatur
deminuta; In genere etiam sciendum, non extendi-
tur fidejussio ad aliud, quam de quo convenit: Quo
modo, qui coram uno iudice promisit iudicatum,
solvi, non tenetur si coram alio agatur. *l. 3. in fin. ju-
dic. solvi. l. cum qvæ reb. 13. in fin. dicti tituli & l. non ab
iudice 64. de judiciis.* subjuncta ratione, quod de alia
re cautum videatur. Dantur præterea & alii modi
quibus fidejussio extingvitur. Ut est Novatio, Con-
fusio, sive Debitor succedat Creditori sive contra *l. si
duo 93. de solut. & lib.* Cum pro eodem apud eundem
non intercedatur; Nisi factum sit Inventarium per
quod omnia jura hæredi sunt integra perinde ac si non
adivisset hæreditatem *l. fin. C. de jur. deliber.* Idem e-
rit si Fidejussor extiterit hæres debitoris. *l. fin. C. h. t.*
qui tunc tantum tenebitur, ut hæres, vel ut Reus.

Horum pro Instituti ratione affatim.

DEO Triumphantis sit gloria.



531
Ad Nobiliss. & Doctissimum Dn. RESPONDENTEM,
Disputationis Autorem.

DE *Sponsore* docens & quæ sint *jura caventis*,
Eloquii vires ingeniiq; probas.
Hæc si juncta solent doctis concedere iusta
Et *Tibi* pro meritis præmia digna dabunt.

f.
PRÆSES.

FELICITER!


Nomen & Omen *habes*, mî Tieffenbachie, *totos*
Sape dies candens Quem *Pæbus Apollo libellis*
Indulgere videt, *totas Proserpina noctes*;
Qui subis Astrææ cælum ductrice Themiste.
Rivum Quem *loquitur vivi modestia vultûs*,
Et mores perhibent placidi simul, esse profundum.
Juris Cesarei. Grator! faxitq;, præopto,
Numen inexhaustum, quò non Tibi gloria solum,
Sedq;, bono magni fructus Patriæq;, Patrisq;,
Ex hoc ascendant rivo surgantq;, profundo.

Sic inter negotia concatenata Nobiliss. Dn.
Tieffenbachio, de Fidejusforibus doctè di-
sputanti, Imq;. alato quamvis calamo,
vovet, precatur

DANIEL BOOTS, J. U. L.
Jurisprud. P. P. & Civitatis Franco-
vad. Consul h. t. regens.







Frankfurt a.d.O., Diss., 1670

ULB Halle 3
004 762 55X




f
TA → OL
neu 14 8 Stück

1077







Farbkarte #13

B.I.G.



STENTE 1670, 6
JURIDICAM

DE JUS-

M,
LISSIMÆ FA-
IDICÆ

A VIADRINA
DE
CO RHETIO,
T. PROFESS.

o,
autore suo æta-

o,
Storum,

abr.
isitioni subjicit

ardt Tieffenbach/
chicus.

oderam,
I ZEITLERI,
X.

55. 7
M

